

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de .

Das PDF wurde erstellt am: 28.09.2024, 18:32 Uhr.

Ernst Gottlob Reimkasten

Epistola Gratvlatoria Ad Virvm Svmme Venerandvm Carolvm Henricvm Zachariæ Circvli Parchimensis Sverintendentem Gravissimvm ... Sacro Mvnere L. Annos Perfvnctvm

Sverini: Typis Baerensprvngianis, [1776]

<https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn189911923X>

Druck Freier  Zugang



Mkl gen 2

3835



Landesbibliothek
Mecklenburg-Vorpommern
Günther Uecker

[https://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn189911923X/phys_0001](https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn189911923X/phys_0001)

Mecklenburg
Vorpommern 

Mkl gen 2 3835

Mecklenburgische
Landesbibliothek
Schwerin



Landesbibliothek
Mecklenburg-Vorpommern
Günther Uecker


[https://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn189911923X/phys_0004](https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn189911923X/phys_0004)

Mecklenburg
Vorpommern 

PISTOLA GRATVULATORIA
AD
VIRVM SVMME VENERANDVM
CAROLVM HENRICVM
ZACHARIAE

CIRCULI PARCHIMENSIS SVPERINTENDENTEM
GRAVISSIMVM & ad St. GEORGII PASTOREM PRIMARIUM
PRÆSTANTISSIMVM

SACRO MVNERE L. ANNOS
PERFVNCTVM.



SVERINI,
TYPIS BAERENS PRVNGIANIS.

EPIS TOLIA GRATULATORIA
AD
ALIA M SAMMIS VENFRAUNDUM
CAROLVM HENRICVM
SACRA RIA
CIRCUS SACRA CHIMENISIUS SACERINTIDENIUM
CAROLISSIMUM & HENRICISSIMUM CAROLI PASCHALIS PRIMARIUM
TRISTANTISSIMUM
SACRO MUNERE L. ANNOIS
HINNENTVM

A64-1944

Mecklenburgische
Landesbibliothek
Schwerin



SACERIN
CAROLISSIMVS
Mkl gen 2
3835



VIR SUMME VENERANDE!



Inter eos, qui fausto & solemini hoc die Tibi sacra quinquagenaria sunt gratulaturi latitiamque publice significaturi, jure mihi aliquem locum depositare videor. Licet enim propinquitatis & affinitatis vinculis Tecum non sim conjunctus; multa tamen sunt, quæ Tibi me devinctissimum Tuique memoriam mihi sanctam reddiderunt. Contigit enim, quod divinæ tribuo gratiæ, ut ante septem annos Tibi de facie ignotus ab aliisque commendatus a Te Parchinum evocarer. Aliter quidem mecum erat constitutum, quippe qui patriæ amore ductus, patris & consanguineorum amplexibus vincitus, amicorum patronorumque favore retentus quasi, totus in eo eram, ut illis nihilque facerem satis omnemque in eo collocarem ope-



ram, ut, quidquid in me esset, facultatis, patriæ darem meisque tribuerem. Alter autem summo rerum gubernatori erat visum etiisque humanissimis, quibus me ad eum invitabas, litteris, ita etiui desiderio incendebat, ut nihil amplius tenere me posset, quo minus illico ad eum cursum dirigerem, non sine certissima mentis persuasione, mutui me divino esse obsecuturum, si has partes oblatas in me susciperem. Examite solemni habitu, sacro munere initiar, ut etiibi jam scni negotiisque multis districto in sacra provincia adesse possem. Ut pater filium, ita me complexus es, amore. Domi etiæ versatus paternum hunc favorem quotidie expertus sum majorem, cuius nunquam non memoria apud me erit maxima. Quid dicam de conjugis etiæ optimæ materno erga me affectu? qui tantus erat, ut in filium major esse non posset, in qua, quid magis sim miratus probitatem an humanitatem, certe nescio. Hoc scio, me non delectatum sed incensum quoque esse hoc probitatis exemplo. Ceterum meis ita semper inservivit commodis, ut mater jam mortua in illa mihi revixisse videretur. Sic igitur vestro auxilio, amore & consuetudine natus, facile patriis carebam Laribus.

Plura, eaque non levia sunt enumeranda. Quemadmodum enim militem, sub ducis fortissimi signis juvat pugnasse, sic, si sub doctoris præstantissimi auspiciis sacrarum rerum deponas tyrocinia, juvabit. Institutione opus erit & hic divinarum rerum peritus docebit. Exemplis utendum & ille præbit. Monitis indigebis huncque habebis semper gravem temperatorem & venerandumque moderatorem. Quod eo libentius illi dabis, cum te auctoritate, experientia & rerum humanarum juxta & divinarum scientia antecellat. Quæ si pondero, VIR SUMME REVERENDE, jure mihi gaudeo, cui, quod non semper nostræ conditionis hominibus solet, contigit, ut meas sub oculis tuis darem primitias etiaque liceret uti doctrina & præceptis atque, quod ad formandum verbi divini præconem multum facit, exemplo. Hæc quanti semper & stimavet, nemini non, quocum temporis consuetudo & usus mihi intercessit, est notissimum, nec publice jamjam hæc prædicasse unquam pœnitabit. Non enim is sum, (ita Tibi innotui, spero) qui vanitatis spe & novarum rerum studio atque amore captus an deceptus? cœlestes venditare cupiat veritates illamque Christi & Apostolorum, quam tenuerunt docendo, derelinquere gestat semitam, ut potius dies diem doceat, hac sola homines salvari via; cumque Tu horum strenue insistis vestigiis, nihil mihi, quam Tua premere vestigia erit antiquius & sanctius. Fieri non potuit, quin cum

cum Parchimi agerem, jucundissimos ex hac methodo ceperim fructus. Ita enim mihi persuasum semper habui certiorque crebris factus sum nuntiis, Parchimenses cives meam non irritam habuisse operam absentemque amore suo esse prosecutos, quod, ut mihi tribuam a eiusque facultatibus inanemque exinde captare velim gloriam, tantum abest, ut omnia potius adscribam divino auxilio atque clementiae, quibus ad utilia quævis peragenda & vices nostras explendas idonei reddimur.

His igitur adminiculis instructo auctor & suasor fuisti, ut provinciam, quam jam sustineo, in me susciperem & quot quantisque me abnuentem & reluctantem excitaveris ad eam capessendam argumentis, dici vix potest. Invitus plane migrabam locumque mutabam, cum amore Vestro & humanitate vinciret quasi & retinereret. Quibus non frui tantum licuit praesenti, sed absentem quoque ornasti & prosecutus es. Cum enim prima in templo nostro vastissimo habita oratione sanguinem eructarem &, ne vires meas superaret hæc conditio, vereret atque Tibi significarem litteris, abdicandum mihi esse: tunc temporis consilii Tui gravitate, quo minus præpostere & inconsiderate agerem, sum impeditus. Quam enim litteræ Tuæ erant plenæ argumentis, quibus non dissuadebas tantum sed animum quoque confirmabas & erigebas atque bona omnia ominabaris. Non vana cecidit Tua spes, sed hunc in diem usque, quod tunc augurabaris, propitium expertus sum Dei auxilium, ita, ut valetudinis viriumque majora semper ceperim incrementa. Quod reliquum est vita spatiū bono commendo Deo, ut omnes meos secundet, fortunæ atque ad nominis sui gloriam dirigat conatus. Te vero etiam ob hoc paterni consilii specimen multum amo & veneror salutisque meæ a Te esse posita fundamenta semper arbitrabor. Ingrata certe esset mentis, hæc tanta Tua in me merita non commemorari publicumque eorum dari testimonium. Licet enim hujusmodi officium haud flagites meritorumque Tuorum laudibus facile carreas; mihi tamen condonabis, si interno necessitatis sensu ductus felici horiderno die pro infinitis Tuis in me beneficiis infinitas agam habeamque gratias. Nulla dies, nullum avum efficiet, ut pietatis sim immemor, Teque colere desinam; ita enim semper ratus sum, tantum nobis ipsis detrahi laudis, quantum, qui bene de nobis meriti sunt, demimus, atque id vel tacendo & intermittendo fieri posse, quis est, qui ignoret? Ut igitur Tua in me merita celebrando mihi ipsi consulam officiique gratissimum nomen exsolvam, hujus veniam Te summopere rogo & summa cum observantia abs Te peto.

Non uni alterique prodeste singulorumque inservire commodis, sed multis suam collocare operam & studium, ingenui est hominis. Ut sol enim quo quo versus suos emittit radios & cuncta luce sua lustrat complectque, sic plurimorum habet rationem, qui divinis humanisque instructus opibus sincero erga Deum hominesque flagrat amore. Talem Te quoque, VIR AMPLISSIME, semper præbuisti omnibusque, quibuscum agis, ita innotuisti, ut hanc laudem detrectare nefas esset putandum. Haud vulgarem Tibi comparasti doctrinam, omni solidiorum studiorum genere es tinctus, sacras litteras calles ingeniique dotibus vix cuiquam comparandus, nemini certe es secundus. Est hoc divinum aliquod munus, quo non licet frui omnibus, in flore ætatis æque ac lenitute iis pollere. Quod cum largissime sit Tibi datum, semper in aliorum convertisti usum. Non in me solum, sed in multos exinde redundavit commodi plurimum. Sæpius Tuis ego delectatus sum sermonibus, qui nunquam sine sale erant utilitatisque in se habebant semper aliquid. Idem testantur, qui Te familiariter sunt usi. Quæ quanquam sati ampla & gravia sunt, majora tamen sunt commemoranda. Nihil enim est censendum, quod non ad aeternitatem spectat omnemque perdidimus operam, nisi conatus nostros & studia ad sempiternitatem dirigamus. Id enim númeris nostri exigit ratio, ut assidua Evangelii prædicatione homines resipescant & ad Deum convertantur. Quantis enitendum est viribus, ne nostra culpa aliter res cadat, & quæ sermone extruxerimus, ne exemplo destruamus, maximi res est momenti.

Gaudeo igitur gratulorque Tibi de re feliciter gesta & opera non frastra navata. Testis est Wernigeroda, quæ Te fidelissimum habuit verbi divini ministrum laborumque Tuorum plenissimam fecit messem. Tum in aula Serenissimæ Principis Augustæ concionatoris aulici provinciam gerens non minorem cepisti fructum, qua beata defuncta amplissimum Parchimensis primarii pastoratus campum coluisti, nec littus arasti. ut videlicet quisque videre potest, cuius e re est, divinas circumspicere res & cui regni Jesu amplificatio est curæ cordique. Nominais Tui fama peragravit orbem terrarum, eruditis non minus, quam indoctis, notissima, quos scriptorum Tuorum præstantia vel erudivisti vel ad probitatis studium excitasti. Eundem ex Te fructum percipiunt, qui Diœcesi Tuæ subjecti sunt verbi divini ministri, quorum rebus maxime studes quosque paterno amore, consilio & studio juvas. Rebus sic se habentibus Principi nostro clementissime regnanti es probatus Celsissimi que

que Regiminis & Superiorum habes favorem. Atque is recte semper iis habitus est honos, qui recte munere fungendo omnem consumulerunt etatem.

Ad honores publicos varia accesserunt domestica gaudia. Liberos procreasti, paterno nomine non indignos. Natu major, orbis litterarii deus, quem honoris causa nomino, regi Dania a consiliis sacris, sui exspectationem & spem non est frustratus. Summa cum laude Halæ, Sedini, Burzovii, Gottingæ humaniora, ut ajunt, & sacra docuit ac jam Academia, quæ Kilonii floret, exquisitissimum illum habet Theologiae doctorem. Natu minor, Parchimensem & Dammensum Pastor dignissimus, cuius memoriam propter multorum annorum consuetudinem apud me colo, Tibi aliisque multis probatus est modis. Is certe est, quem semper amavi & amare pergam ob ingenii præclaras dotes fidelemque in me animum. Filiarum cuique sua quoque laus est, qua supersedere hoc loco facile possum. Nepotum ex his Tuis liberis Tibi procreatus est avo haud exiguus numerus, quos supremum numen salvos esse & florere jubeat. Nemo autem tam rerum est ignarus, qui in hac fragilitate & rerum vicissitudine absolutissimam querere fortunam omnique sollicitudinis genere liber esse velit. Nulla enim ætas, nulla conditio, nulla in summo rerum fastigio collocata fors commune effugere potest naufragium. Fluctibus circummagimur omnes. Sic Te quoque varii exercuerunt casus per omnem vitam, quos non tulisti tantum, sed vicisti quoque divino nisus auxilio. Quemadmodum igitur nauta tempestatibus & fluctibus conquassatam navim naufragioque erectam summo cum gaudio, laboribus exantatis, in tutos dedit locos: sic Tu multis tempestatibus actus, variis casibus confictatus multisque periculis eruptus jam gaudendi plutimum gratiasque agendi summo rerum arbitro habes atque congeris materiam.

Nihil igitur restat, nisi, ut vota de Te & Tua salute faciam. Faxit igitur Deus ter O. M., ut felix faustusque sit Tibi hic dies animique gaudiis abundet. Quod reliquum est vita spatum, (longum autem esse summum numen jubeat,) largissima sua & exoptatissima gratia benignissime secundet, corporis & animæ vires conservet augeatque & omni prosperitatis genere Te cimulet. Conjugis Tux, matronæ laudatae, vitam Tibi conservet & in ea conservanda gaudii atque votorum Tibi addat cumulum. Florent res Tux, vigeat ætas Tua, crescat posteritas Tua. Id quoque Deum rogo, ut per Te ecclesiam Christi salvam esse & in dies, majora ut capiat augmenta, velit, cuius pro.

propugnaculum Te posuit utque res Megapolitanas juvare & orbare longa an-
norum serie contingat Tibi atque nobis, nec prius ad coelestes abeas sedes, do-
nec omnibus feliciter & ex voto peractis rebus Tui ipsius voti compotem Deus
Te fecerit.

Id denique maximopere abs Te peto, ut mihi bene semper cupias,
Tuo favore bees & quam expertam animi Tui benevolentiam habui conserves
eiusque ut nova quasi affulgeat lux facias, quod, ne in ingratum facilem ope-
ramque Tuam in impio collocaisse videaris, summo studio enitar. Quo enim
semper me amore habuisti obstrictum beneficiisque in me collatis emancipat-
rum, ita in posterum semper contendam, ut habear & sim.

NOMINIS TUI

a. d. X. Novembrie

MDCCCLXXXVI.

Observans cultor

E. G. Reimkasten,

ad templum Suerioi Cathedrale.

Concionator.



Landesbibliothek
Mecklenburg-Vorpommern
Günther Uecker

[https://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn189911923X/phys_0013](https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn189911923X/phys_0013)

Mecklenburg
Vorpommern 



Landesbibliothek
Mecklenburg-Vorpommern
Günther Uecker

[https://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn189911923X/phys_0014](https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn189911923X/phys_0014)

Mecklenburg
Vorpommern 



Landesbibliothek
Mecklenburg-Vorpommern
Günther Uecker

[https://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn189911923X/phys_0015](https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn189911923X/phys_0015)

Mecklenburg
Vorpommern

cum Parchimi agerem, jucundissimos ex hac methodo ceperim fructus. Ita enim mihi persuasum semper habui certiorque crebris factus sum nuntiis, Pachimenses cives meam non irritam habuisse operam absentemque amorem esse prosecutos, quod, ut mihi tribuam a eiusque facultatibus inane*re* inde captare velim gloriam, tantum abest, ut omnia potius adscribatur auxilio atque clementia, quibus ad utilia quævis peragenda & explendas idonei reddimur.

His igitur adminiculis instructo auctor & suasor fu-

quam jam sustineo, in me suscipere & quot quantis

reluctantem excitaveris ad eam capessendam argumenta-

vitus plane migrabam locumque mutabam, cum

vincire quasi & retinereret. Quibus non frui te-

sentem quoque ornasti & prosecutus es. C.

vastissimo habita oratione sanguinem crudel-

hac conditio, vererer atque Tibi signifi-

tunc temporis consilii Tui gravitate,

agerem, sum impeditus. Quam

quibus non dissuadebas tantum

atque bona omnia ominabaris

usque, quod tunc augurab-

valetudinis virtusque n-

est vita spatiu[m] boni

atque ad nominis

consilii specimen

merita semper

hujusmodi

reas.

dicere.

agites meritorumque Tuorum laudibus facile ca-

onabis, si interno necessitatis sensu ductus felici ho-

Tuis in me beneficiis infinitas agam habeamque gra-

nullum axum efficiet, ut pietatis sum immemor,

Teque ita enim semper ratus sum, tantum nobis ipsis detrahi lau-

qui bene de nobis meriti sunt, demimus, atque id vel tacen-

mittendo fieri posse, quis est, qui ignoret? Ut igitur Tua in

celebrando mihi ipsis consulam officiique gratissimum nomen ex-

peto, hujus veniam Te summiopere rogo & summa cum observantia abs-

peto.

3

Non

